Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 4ta

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

Pro 2do. quod si obligaret aliquis, utrum ligat vel obligat conscientia errans, verius Ludovici, illam vere et proprie loquendo, neque obligare, neque ligare voluntatem, sive ad concordandum cum illa, sive ad discordandum: quia cum, utrum faciat, peccat voluntas, male videtur posse amabiliter servare, quod ad alterutrum homo conscientia obligetur. Notanter dicitur vere et proprie conscientiam invincibiliter errantem non obligare; nam sicut ipsa est prudentia fucata et aequivoce dicta, utpote privatio [illegible]: revera autem imprudentia, ita est fucatam et simulatam injicit obligationem, ut patet in haereticis. Interim tamen negamus voluntatem obligari, ut non discordet, vel concordet errantis conscientiae, et divinus, homo obligationem non tam ab ipsa conscientia, quam a dictamine synteresis, vel etiam a praecepto generalis [illegible] omni, circa quod nullus error voluntatis versatur. Quaestio 4ta. Utrum actus moralis, ut sit bonus, debeat esse conformis vel difformis conscientiae dubiae.

Quaestio 4ta.

Utrum actus moralis, ut sit bonus, debeat esse conformis vel difformis conscientiae dubiae.

Notandum 1mo. dubium praedictum non est incertam opinionem, ut necessario [illegible], vel haesitationem intellectus, neutri parti contradictionis assentientis, sive, quod ex neutra parte ulla veritas appareat, sive, quod utrimque paria momenta rationum occurrant, quae animum, ut in aequilibrio suspensum teneant.

Notandum 2do. dubium aliud est speculativum, aliud practicum. Speculativum versatur circa [illegible], et quidem potissimum [illegible] [illegible]: Utrum [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] potuerit [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]: Utrum Theologus

speculative dubitat, utrum furtum trium denariorum sit grave mortiferum. Dubium practicum seu practicum est, quo mens anceps haeret, utrum aliquid licite facere possit, nec ne?

Notandum 3tio. Dubium in moralibus rursus aliud est juris, aliud facti. Dubium juris speculativum est, si dubites, utrum lex existat, praecipiens v.g. in Profesto S. Petri jejunium. Dubium juris practicum, utrum hic et nunc licita sit tibi bina refectio in die jejunii.

Dubium facti dicitur, quo mens anceps est, an tam stricto praecepto sit impositum de opere faciendo, quam utrum sit a me v.g. factum opus praeceptum aut prohibitum?

Notandum 4to. Dubium aliud est de rebus, ut si dubites an hic aut ille contractus sit licitus, an ob talis mihi licita sit? Aliud de Personis, ut si dubites, an Titius hic et peccaverit, an vitio ebrietatis sit contaminatus

Notandum 5to Aliud dubium est negativum aliud positivum. Negativum est, quo in neutram partem habentur sufficientes rationes, ut quis possit prudentem assensum elicere, ut si dubites an arenae maris pares sint nec ne? Positivum est, quo in utramque partem occurrunt rationes graves etc.

Notandum 6to dubium aliud est discretum natum ex probabili ratione, aut auctoritate quae levis momenti sit ad reddendos dubios vel viros prudentes. Aliud indiscretum, quod tenue quid fundat et quod adhaeret levis momenti rationibus.

Conclusio prima. Practice dubitanti non de honestate aut malitia operationis, quam quis agit, sed solum de majore faciendorum honestate; licitum est agere vel omittere quodlibet illorum, de quo dubitat est enim omnium.

Ratio est: quia eiusmodi dubitatio versatur solum circa rationem consultationis, de majore honestate operum, quae supponit non fore nisi honestam.

Conclusio 2da: Actus moralis, qui exercetur cum conscientia practice dubitante de operationis bonitate vel malitia, utrum sit honestus vel malus est, eamque ob rem, ut voluntas recte operetur, necesse est, eius operationem praecedat certum ac determinatum intellectus dictamen, quo judicet homo, id, quod agit, hic et nunc recte honesteque agi, aut quod omittit, recte et honeste omitti. Valentia Tom. 2. disp. 2. q. 14. punct. 4. et alii:

Ratio est: practice dubius an agendo peccet nec ne obijcit se periculo peccandi, qui autem amat periculum, peribit in illo. Eccl. 3.

Conclusio 3tia: Actus moralis fit ac honestus, bonusque aliquando cum conscientia speculative dubitante de bonitate aut malitia actionis, dummodo practice sit certa et determinata: ut si quis dubitet speculative, an bellum sui principis sit justum, practice autem determinet, posse se obedire principi imperanti, quandiu nihil de injustitia imperij constat, hoc casu honeste faciet obtemperando.

Molina Tom. 1. de just. Tract. 2. d. 113. Vasq. San. et c.

Ratio est: quia proxima regula actionis humanae non est judicium illud speculativum sed practicum, quod cum certum sit ac prudens, recte aget voluntas ei se

conformando.

Conclusio 4ta. Quod si conscientia speculative ita maneat dubia et anceps, ut nequeat interim judicium practicum formare de honestate, an citra peccatum fieri possit necne? et dubitanti solum occurrat, quod possit bonum opus absque peccato omittere; tum obligabitur ad omittere, alias si agere pergeret, peccabit. Becan. tra. 1. c. 4. q. 8. n. 5. cum communi doctorum.

Ratio est: quia cum hoc modo dubitanti nulla propria practica adsint, quibus animum inducat, id, super quo speculative dubitat, licere procul dubio, sic operando, exponit se periculo peccandi, et hoc est, quod alii dicunt. Nunquam fas est operari absque conscientia practice determinata.

Conclusio 5ta. Jam in omni speculativo dubio malitiae et juris de male faciendo, quidam hoc post debitam diligentiam et curam persistit dubius, non modo prudenter potest, sed et sub peccato tenetur formare sibi conscientiam de operando secundum partem tutiorem; si vero post adhibitam diligentiam, ad quam quisque pro suo statu obligatus est, de operando minus tuta parte dubii occurrat practice certum, aut saltem probabile principium, quod eidem sufficiens ad eximendum dubium speculativum, aliter sufficiens ad hoc, ut prudenter formet sibi conscientiam de eligenda minus tuta parte, tum honeste operabitur, etsi relicta tutiori parte minus tutam fuerit amplexus. Ita Lessius lib. de just. c. 3. n. 2. San. Henriq., Laym. et communior juris consultorum et theologorum.

Observandum nunc tutiorem partem illam dici, de qua minus, etiam ipsi dubitanti constat, quod sit [illegible] illam quae nullum fert secum periculum peccati, aut quod est in proximis similis, et majus malum evitat, quando omnino necesse est, in alterutrum ex duobus malis incidere. E contra pars dubii minus tuta censetur, quae in opus deducta secum fert, aut absolute periculum peccati, aut certe majoris mali collati ad alterum minus malum, v.g. in dubio speculativo de hodierno jejunio, tutius est jejunare, si non certus sis [illegible] me bene alterum similiter inter duo pacta incompossibilia, quorum alterum hic et nunc sub peccato eligendum, tutius est eligere, [illegible] obligans. His observatis.

Dico jam conclusionem: non quod speculative seu de jure seu de facto dubitanti possim nullum practicum positivum est, quod faveat parti minus tutae, hoc ideo quod dubitans eo ipso, quod praeter suum libitum motivum aliud prudens non habeat, quo formet sibi conscientiam practicam de [illegible] in favorem minus tutae partis, quod in dubio hac relicta obligabitur amplecti tutiorem: nam si subsistente illo dubio speculativo, facti vel juris, non potest [illegible] omni practica dubitatio de pravitate operis, aut de periculo peccati. Unde Pontifex in jure canonico capite ad audientiam de homicidio, capitulo significasti eodem titulo et capitulo [illegible] inculcat illud axioma: in dubiis tutior pars est eligenda.

Dico 2da pars: quia miles speculative dubius, an bellum principis sit justum, potest nihilominus licite militare, ut habetur expresse in capite quod culpatur. 23. q. 1. Et in ratione peccati

vitandi tutius est, sed non militare, ergo in dubio speculativo, non semper obli-
gamur ad partem tutiorem.

Obijcitur idem de absurdis: quia si in dubijs sit stricte loquendo semper tutior
pars est eligenda. Sequeretur primo possessorem bonae fidei
si superveniente dubio speculativo, an res possessa sit aliena,
maneat post adhibitam sufficientem discussionem adhuc dubius
teneri cedere possessione, et rem alteri restituere, quia utique tutius est
ad servandam justitiam: sed hoc est falsum, et contra regulam juris
65tam in 6to: In pari delicto, aut causa melior est condi-
tio possidentis. Sequeretur secundo eum, qui post moralem
diligentiam speculative dubius remanet, an emiserit votum,
nec ne, obligatum esse ad servandum votum, quia tutius non hoc est,
quam contrarium: sed consequens est falsum: quia qui dubitat de voto
emisso est adhuc possessor libertatis suae. Sequeretur tertio
eum qui bona fide contraxit matrimonium, et postea incipit dubitare
speculative, an sit validum, non teneri, nec posse reddere debitum
si nequit et potest petere: quod si, post adhibitam diligentiam remaneat
dubius, tutius non id foret; sed hoc pugnat contra Henriq.
libro 12. c. 5. n. 5. Sanc. Con. etc.

Obijcitur primo in capitulo ad audientiam et c. significasti de
homicidio expresse decidit, eum, qui aliquem percussit et postea dubitat
an alter ex vulnere suo obierit, debere se gerere pro irregulari,
et addit rationem: quia in dubijs tutior pars est eligenda: ergo Pontifex
expresse contrariam sententiam definivit.

Secundo negatur consequentia; quia licet aliqui eodem modo explicent obligationem praedictorum capitulorum, nam Navarrus apud Suarez ait: tantum habere maxime in foro externo, interim tamen non negans et in interno obligare. Coninck autem ait, multos valde posse casum homicidij excipere a dicta conclusione, et consequenter dictam obligationem horum capitulorum tantum ut problema agnoscere. Denique Sanchez ait certo in dubio homicidij sit aliquis irregularis quod alij negant. Unde nec ipse videtur quomodo obligationem concedere illis capitulis.

Resp. 3o cum Suarez tom. 5. d. 40. sect. 6. n. 9 et tract. 2. de relig. l. 4. c. 5. n. 17. haec duo capitula loqui de irregularitate orta ex homicidio, in qua ratione [illegible] legem positivam aliquid particulare, quod in alijs casibus a jure non expressis minime reperitur; nam sicut jus canonicum potuit statuere irregularitatem pro homicidio, ita potuit et statuere, ut homicidium dubium sufficeret ad talem irregularitatem contrahendam; quae tamen constitutio, quia est odiosa, restringenda est, et non tamen [illegible] ad alios casus dubios, quare ne ad irregularitates dubias in jure non expressas, extendenda, juxta capitulum, [illegible] de sententia excom. in 6.

Ad rationem 2. qua fundantur oppositum: Resp. [illegible] concedo ipse illud axioma: in dubijs tutior pars eligenda.

in tantum titulum esse sufficientem, ad obligandum hominem in eo casu, ex vi solius rationis naturalis, & seclusa lege positiva addidisse aliud tantum rationem moventem, qua pontifex ad talem legem positivam ferendam prudenter fuerit inductus, quia saepe audivit, ut prudens naturalis ratio sola non sufficiat ad immediate imponendam huiusmodi obligationem, sufficiat tamen ad statuendam legem, quae mediate huiusmodi obligationem.

Obijcitur 2do In cap. Juvenis de spons. & matrim. iisdem expressis: in his quae dubia sunt, quod certius existimamus tenere debemus. ergo.

R. Istud cap. videri loqui de dubijs non speculativis, sed practicis, ut colligitur ex ipso textu, & proinde non esse contra nos.

Caeterum haec regula juris /: in dubijs tutior pars est eligenda :/ aliquando continet praeceptum, aliquando tantum consilium. Imo quidem continet consilium, si sola, in dubijs tantum speculativis /: nisi aliquando sit positiva lex :/ similem rationem, quia sit evidens aliud constituat. /: & tunc illa pars dicitur tutior, in qua nullum periculum transgressionis nec formalis nec materialis timetur: illa vero, minus tuta, in qua periculum transgressionis saltem materialis, adeoque inculpabilis timetur, etsi ipse sit tutior non opponitur ei, quod est periculosum practice, sed potius Dei, quod est simpliciter tutum, sed tantum comparative, opponitur positivo suo.

Quare si ipse dubius haeret speculative inter tutiorem et minus tutam, hoc sensu ille in dubio tenet, ex opposito, sive sub peto tutiorem eligere, nam eligendo et minus tutam partem, tutam tamen non exponit se periculo transgressionis formalis seu peti; quod tamen est malitiis et insuperabilis: plerumque tamen consilium perfectionis est, ut tutiorem in hoc sensu eligat, non quidem eo quod actus sit bonus, aut ut vitet peccatum, sed ut opus convenientius et melius fiat. V.g. si dubius velit castitatis judicat se vovisse, et inde castitatem servet, melius facit, quam si judicet non se vovisse, et inde matrim. contrahat. Ille autem continet sensus proprius in dubiis practicis, quia fundatur in illo principio, qui amat periculum peribit in illo: ratione principii tenemur, non operari cum periculo peti, et consequenter neque cum conscientia practice dubitante utrum operatio nostra sit et nunc sit bona an mala etc. Et tamen illa pars dicitur tutior, in qua nullum periculum peti, seu formalis transgressionis timetur, illa vero minus tuta, in qua semper timetur periculum peti, seu formalis transgressionis; adeoque sic tutius non opponitur ei, quod est simpliciter tutum, aut sumitur comparativum pro positivo: sed ei, quod est practice periculosum, adeoque ei, quod est formaliter peccatum.

Quare si ipse ita practice dubius haereat inter duos tutos tenetur ex praecepto tutiorem partem eligere, et praecavere eligendo practice periculosam; quapropter ista dicitur minus tuta, ut simpliciter non sit tuta, et in hoc sensu logice procedit opinio.

Quaeres quaenam sint principia certa, publica, et quibus post diligens examen durante ad huc dubio speculativo liceat formare judicium practicum de eligenda parte minus tuta?

R. ea universim ad duo quasi genera revocari posse; sunt n. alia quasi interna, externa alia.

Interna, ut cum quis ex rationibus intrinsecis petitis, sibi conjicit suadere, rem hic et nunc licitam esse. Vasq. 1. 2. d. 65. n. 3.

Externa sunt auctoritas prudentum, exemplum bonorum hominum et titulus possessionis. De auctoritate et exemplo nulla difficultas. De possessione graviter controvertitur inter doctores, an solum in materia justitiae illa locum habeat, an et aliarum quoque virtutum materiam extendi debeat? Pro cujus difficultatis solutione sit

Conclusio 1ma. Titulus possessionis non tantum in materia justitiae sed et aliarum virtutum, meliorem facit conditionem possidentis, ita ut pars, cui possessio patrocinatur, sit minus tuta, quam opposita, ut patet, et statuta lege positiva, quod opposita aliud in aliquo casu statuat, Sa... de irregularitate ex homicidio dubio. Suarez 3. p. tom. 1. disp. 10. n. 15. Sot. San.

Ratio est 1mo. Si praedicta regula locum in materia aliarum virtutum extra justitiam habere non posset, id fieret propterea, quod in materia aliarum virtutum titulus possessionis non posset reperiri, sicut in materia justitiae; sed cum auctores probant possessionem ex hunc titulum esse hoc est falsum ergo.

nij. Debet, nam sicut libertas est generalis conditio, et omnis obnoxia virtutum, ita et possessio: quod declaratur in voto, in aliis ad meam, actione, de religionis spectante, si non est votum reali vere possidere rem illam, quae ad impletionem voti, tenear a me alienare, v.g. aurum, quod in Dei cultum fieri vovi, et Deus est exactor; si aut votum est personale, vere possideo meas operationes, et morale jus ad me ipsum, ad potias meas, usui applicandas, et similiter in aliis materiis.

Pro dubio facti Suarez, Tomo 2. de religione l. 4. c. 5. n. 7. et c. 6. Sanchez etc. tradunt duas regulas, quarum

1ma est: quod possessio est magis ex parte operantis seu libertate voluntatis, et in dubio facti licite potest operans sibi faviorem partem, adeoque minus tutam eligere.

Ex qua regula.

Colligitur 1mo: si operans post moralem diligentiam simulabiliter dubitet, an votum emiserit etc. eundem esse in possessione; ita citationes contra vota.

Colligitur 2do. In dubio, utrum vigil, an somnians, sobrius, an ebrius voverit etc. licite votum non valere: quia haec impedimenta, seu usum rationis: sensus si promissionis ex sua possessione et transitione, ac postea dubitet, an usum rationis tunc habuerit: habet possessio, quia ordinarie non auffert totum usum rationis in praesentibus impediendo validam obligationem, nisi manifeste probetur contrarium, nam in dubio est possessio pro genere votum, Deum etc. Ita Suarez loco cit.

Colligitur 3tio In dubio an filius familias faciens votum personale exspectavit decimum annum pubertatis, aut faciens votum reale,

expleverit vigesimum [illegible], confundunt e voluntariis ac irritabile [illegible]; quia favores sunt ampliandi, et talium votorum irritatio cedit in favorem vel favorem voventis, quod est religionis et divini cultus, eo quod talia vota facile frangantur, adeoque consultius sit, ut irritari possint.
Et quamvis hic possessio non sit penes voventem; est magis penes votum, est tamen magis penes statum, aut superiorem, quam penes votum. Ita cum [illegible] fuerit.

Colligitur 5to. Quod si in sabbatho v.g. dubitem, an audita sit hora duodecima noctis, adeoque an inceperit dies dominica, et an non possem comedere carnes, quia possessio stat pro praecepto, cum consistat sabbathum et diem abstinentiae, et durante dubio an transierit dies sabbathi, manet dies sabbathi in possessione.

3tia Regula est. Quando possessio est ex parte agentis, seu libertatis voluntatis, et magis ex parte Dei, religionis, voti, obligationis, contractus etc. hic in dubio facti tenetur quis ex praecepto tutiorem partem eligere. Ex qua regula

Colligitur 1mo. Quod si certus sit se fecisse votum aut juramentum, dubitet tamen de valore voti aut juramenti, ex parte materiae [illegible], an sit licita, an illicita, an jam mutata etc. Quamvis [illegible] obligari ad promissionis obligationem et non transgressionem: non si moveret in solum in speculativo, sed et in practico dubio si moveret, an res promissa aut jurata sit licita, teneretur ita se gerere, ut interim votum nec positive observaret, nec etiam expresse [illegible], nec ut transgrederetur, priusquam adhibita majori diligentia, dubium practicum expelleret; hoc non [illegible] verisimilius sit [illegible]: [illegible] deinde nec per internas [illegible], nec per externam auctoritatem, possit dubium practicum removere, tenetur dispensationem aut [illegible] petitionem [illegible] petere. Si denique si inter hoc urgeat repentina necessitas, [illegible] implendi vel omittendi; votum [illegible] in tali statu ab impletione voti, non facit sibi practicum judicium [illegible]: [illegible] an teneatur [illegible] obligari ad impletionem, eo quod [illegible] Deo displicet impletio promissorum eorum,

praecepto petat, sensu stricto & certo, quae practicè dubia sunt.

Objicitur. In dubio juris potest dubitans minus tutam eligere, ut sit in possessione libertatis, dum dubitat an praeceptum fuerit rationabile nec ne, habet dubium juris, videlicet an sit secundum legem an contra legem. Ergo &c.

Resp. cum distinctione majoris de dubio juris quod se tenet ex parte legis, & in quo nondum praesupponatur status certae possessionis, in quo sensu negatur minor, non ubi quis evidens praecessit factum, in quo dubitans possessionem libertatis amisit, & legis acquisivit; ideoque tutius dubitans, jam in certo est melioris conditionis, ut ex dictis patet.

Colligitur 2do quod, ubi ex parte operantis supponitur certa obligatio ad aliquid praestandum, & postea dubium oritur, an ei obligationi jam fuerit satisfactum, tunc sub peccato tutiorem partem esse eligendam, quia tunc operans in supponitur esse in possessione libertatis. Itaque si dubites, an hodie horas canonicas persolveris, teneris adhuc recitare, nam praeceptum obligans pro hodierna die est certum & est in possessione, quamdiu dubitatur an hodiernus dies totaliter defecerit.

Colligitur 3tio. Si femina voveat servare perpetuam virginitatem, & postea dubitet qualem in vovendo habuerit intentionem, an scilicet limitaverit votum ad solam negationem primae violationis, an extenderit ad negationem omnis actus venerei, in praeceptum [illegible] eligere tutiorem, hoc est manebit adhuc obligata voto ad vitandos imposterum alios actus venereos, quibus amitti posset virginitas, si adhuc adesset. Ita cum S. Thoma plurimi.

Nam votum virginitatis absolute prolatum includit votum castitatis. Dictum est sine limitatione; nam si expresse fuerat factum votum restringendo ad solam negationem primae violationis, tunc virginitate semel omissa tolleretur omnis eius obligatio imposterum.

Colligitur 3tio quod dubitat an ex [illegible] obeundum, aut

tutiorem partem abstinere ab ordinib.: quia hic praesumptio quaeq; talem obstare in possessione: negativum ut .. e, et proinde [illegible] debet [illegible] ordine, donec constiterit aetatem expletam esse.

Secus, q dubitat, an expleverit vigesimum primum, talis n. in tuto [illegible] jejunare, q ipse est in possessione, cum praeceptum jejunij sit affirmativum, et obliget solum eos, qui transgressi sunt annum vigesimum primum. Ita Sanch. 2. dist. 41. n. 34.

Conclusio Prima: dubia sunt in meliorem partem interpretanda. S. Th. 2. 2. q. 60. a. 4. et S. August. de Serm. D.

Haec conclusio comprehendit dubia de personis, quod ut intelligatur.

Advertendum, interpretationem de personis fieri posse, aut positive, aut negative. Utroque aut practice, aut speculative. Et Item dubium esse vel positivum vel negativum.

Interpretari in meliorem partem positive speculative est, si positivo assensu eum, de quo, alter in albus sit dubitatio, judicare probum. Et. Interpretatio vero positive practice est, si eundem tractet velut probum. Interpretari in meliorem partem negative practice est, stillum ipsum, de quo dubitatur, non tractare tanquam improbum. Denique interpretari in meliorem partem negative speculative est, si eundem etiam judicio non esse improbum.

Jam igitur si de persona aliqua dubium occurrat, sive positivum sive negativum, non obligaris illud in meliorem partem positive, scilicet seu speculative, seu practice interpretari, ut nimirum illum bene et recte judices, positiva ratione tractes, et amplectaris tanquam probum: potes n. assensum judicij et actionem suspendere. Ita Mal. 2. 2. de justitia. Tract. 6. c. 1. d. 4. Etc.

Interdum etiam cum de cavendo damno agitur, recte poteris dubium de homine ignoto v.g. occurrente in sylva, sub quandam conditionis hypothesin in deteriorem partem interpretari, non quidem ut judices illum latronem, sed ut judices exterius tibi cavendum esse, perinde ac si dubia esset ejus fides: Nam in hoc dubio, nec judicas positive speculative malum de proximo, nec interius practice dubitas de ejus fide, sed solum exterius prudenter ac juste caves tibi a damno, ita plurimi.

Si vero sit sermo de dubii in meliorem partem interpretatione negativa, tunc justitia obligat, ut illud saltem interpreteris practice in melius, hoc est, ut postea dubium speculativum sive positivum, sive negativum illud sit, non tractes hominem, tamquam vere et re ipsa improbum, hoc est ne proximo inferre injuriam.

Sed quid de interpretatione negativa speculativa? Tametsi res intricata videatur; attamen nobis haud improbabile est, virtute justitiae neminem obligari, ad dubium positivum sive utrinque aequis probabilitationibus nixum. In melius interpretandum negative speculative, sed licite posse utrinque assensum suspendere, et neque probum neque improbum esse, cogitare. Jacob. Bidermann. Thes: 19. de conscientia. Quaestio 5. Utrum actus moralis, ut sit bonus, possit conformari conscientiae opinanti.

Quaestio 5ta

Utrum actus moralis, ut sit bonus possit conformari conscientiae opinanti.